

No. 407. 1332. 18. Oct.

B. Withego II. benachrichtigt die Geistlichen seiner Diocese, dass durch ihn als erwählten Schiedsrichter der zwischen ihnen und den Minoriten entstandene Streit beigelegt sei und fordert sie auf, bis zum Eintreffen der päpstlichen Entscheidung denselben keinerlei Hindernisse entgegenzustellen.

Witho¹⁾ dei gratia episcopus Misnensis universis et singulis plebanis et vice plebanis per dictam meam diocesim constitutis salutem in domino. Noveritis quod hodie, hoc est in die sancti Lucae, tempore synodi, super dissensione quae inter vos ex una et fratres minores²⁾ parte vertitur ex opposita, super qua ecclesiastica dissensione in nos est tamquam in arbitratorem amicabilem compromissum, cum consensu mei³⁾ capituli disponimus et ordinamus isto modo, quod fratres praedictos in nostram protectionem et promotionem recepimus specialem, requirentes seriose, ut eosdem fratres similiter sicut et nos curetis promovere, vos eisdem in receptione et admissione ipsorum libertatum caritativos promotores⁴⁾ et amicales nostri amore, et ob divinam remunerationem principaliter exhibentes. In quo nobis exhibetis amicitiam⁵⁾ satis gratam erga vos iugiter remunerandam, nec quidquam litigii, dissensionis seu discordiae cum dictis fratribus de cetero moveatis, neque de quarta neque de aliis negotiis quibuscunque, quousque super huiusmodi dissensionibus per dominum apostolicum, cuius decisioni et ordinationi praemissa sunt commissa, fuerit diffinitum. Nam negotium huiusmodi infra hinc et declarationem domini papae in bono et concorditer stare debet, prout per nos sicut praemittitur est tractatum. Datum Mysnae in synodo Lucae anno domini M^o.CCC^o.XXXII^o.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden ohne Siegel und einem Transsumpt vom 21. Nov. 1376, dessen abweichende Lesarten hier angegeben werden.

Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 105.

1) Witho 2) minores et praedicatores 3) nostri 4) promovere 5) amicitiam exhibetis.

No. 408. 1332.

Herzog Rudolf von Sachsen bekennt, die Lehn an Schloss Pouch und an dem Hof Bresen mit den sechs dazu gehörigen Dörfern vom B. Withego empfangen zu haben.

Nos Rudolfus dei gratia dux Saxoniae, Angariae, Westphaliae, comes in Bren, burchgravius in Magdeboreh, sacri Romani imperii archimarscalcus ad universorum notitiam tenore praesentium litterarum publice volumus devenire, quod anno incarnationis domini millesimo tricentesimo tricesimo secundo in civitate Tûrgowe praesentibus honorabilibus viris Reynardo et Johanne in Wûrtszin et Kemerik praepositis et famosis viris scilicet Henrico et Thymone fratribus dictis de Colditz, Henrico pincerna de Schenckendorf, Richardo de Damis, Wernero de Lympach militibus, Johanne dicto Brant et Vlrico de Kaldenborn famulis, recepimus a reverendo in Christo patre et domino nostro domino Withegone Misenensis ecclesiae episcopo investituram pheu-